

TEMI E TESTI

— RÉPRINT 4 —

P. VERGILI MARONIS

OPERA

edita anno MCMLXXIII

iterum recensuit

MARJUS GEYMONAT



ROMA 2008

EDIZIONI DI STORIA E LETTERATURA

CONSPECTUS CODICUM ET SUBSIDIORUM

CODICES ANTIQUIORES

- M** Mediceus Laurentianus lat. Plut. XXXIX, 1 cum Vaticano lat. 3225-II (fol. lxxvi = *Aen.* 8.585-642) [*CLA* III 296], olim Bobiensis, Romae exaratus a. 494-495 (perierunt *B.* 1.1-6.47);
M¹ (vide praecipue *Aen.* 7.586-615): corrector saec. V;
M² (Turcius Rufius Apronianus Asterius, cos. a. 494);
M³, **M**⁴, **M**⁵: correctores saec. VI;
M⁶: corrector Carolinae quae dicitur aetatis;
M⁷: fortasse Pomponius Letus, qui minio scripsit anno fere 1470;
M^x: corrector quem omnino agnoscere non valui.
- P** Vaticanus Palatinus lat. 1631 [*CLA* I 99], olim Lauresheimensis, saec. V ex. vel VI in. scriptus in Italia (perierunt *B.* 3.72-4.51; *Georg.* 1.323-2.138; 4.462-*Aen.* 1.276; 4.116-161; 7.277-644; 10.436-439 et 458-508; 11.645-690, 737-782; 12.47-92);
P¹, **P**², **P**³: correctores saec. V-VI;
P⁴: corrector Carolinae quae dicitur aetatis;
P⁵, **P**⁶: correctores Renatarum Litterarum Aetatis;
γ. Guelferbytanus Gudianus lat. 2° 70 una cum fragmento Goettingensi, origine Lugdunensis, saec. IX, apographon

codicis P (+ P^{1,2,3}) vel potius codicis indidem correcti;
 γ¹, γ²; correctores vel variae lectiones fere eiusdem
 aetatis.

R Vaticanus lat. 3867, appellatus «Romanus» [CLA I 19],
 olim servatus apud S. Dionysium prope Parisios, exara-
 tus saec. VI m. in eodem scriptorio (Romae vel
 Ravennae) ubi fuerat codex Palatinus (perierunt B. 7.1-
 10.9; *Georg.* 2.1-215; 4.37-180; *Aen.* 2.73-3.684; 4.217-
 5.36; 11.757-792; 12.651-686; 759-830; 939-952);

R¹: corrector saec. VI ex.;

R², R³, R⁴, R⁵: correctores Carolinae quae dicitur aetatis
 vel etiam recentiores;

a: Bernensis 172 (B. 1-*Aen.* 5) cum Parisino lat. 7929
 (*Aen.* 6-12), quondam Floriacensis, saec. IX, partim (B
 1-10 et *Aen.* 9.537-10.370; 10.854-12.819) apographon
 codicis R;

a¹: correctores vel variae lectiones fere eiusdem aetatis.

A Vaticanus lat. 3256 cum Berolinensi lat. Fol. 416,
 «Augusteus» appellatus [CLA I 13 et VIII, p. 9], olim
 servatus apud S. Dionysium prope Parisios, saec. VI m.
 Romae fortasse exaratus (supersunt *Georg.* 1.41-280,
 3.181-220; specimen *Aen.* 4.302-305 e folio nunc deper-
 dito expressit Iohannes Mabillon a. 1709);

A¹: Claudius Puteanus, ante a. 1574;

A²: Fulvius Ursinus, anno fere 1574.

F Vaticanus lat. 3225, «Fulvii Ursini schedae Vaticanae»
 [CLA I 11], saec. IV ex. Romae (apud Symmachum?)
 exaratus (supersunt *Georg.* 3.1-21; 146-214; 285-348;
 4.97-124; 153-174; 471-497; 522-548; *Aen.* 1.185-268;
 419-521; 586-611; 654-680; 2.170-198; 254-309; 437-

468; 673-699; 3.1-54; 79-216; 300-341; 660-689; 4.1-92;
 234-257; 286-310; 443-521; 555-583; 651-688; 5.109-
 158; 784-814; 6.26-50; 219-272; 393-423; 491-559; 589-
 755; 858-872; 879-901; 7.5-58; 179-329; 428-469; 486-
 509; 594-646; 8.71-98; 9.32-68; 118-164; 207-234; 509-
 535; 11.858-895);

F¹, F²: correctores saec. IV-VI;

F³: correctores saec. VII-VIII;

F⁴: additamenta Aevi Carolini (vide praecipue *Aen.* 4.93-
 120);

F⁵: correctores Renatarum Litterarum Aetatis.

G Sangallensis 1394 [CLA VII 977], saec. VI in. scriptus
 fortasse in Italia, partim rescriptus apud S. Gallum saec.
 XII-XV (supersunt *Georg.* 4.345-362; 364-381; 383-400;
 402-419; 535-566; *Aen.* 1.381-418; 685-722; 3.191-208;
 210-227; 457-474; 476-493; 495-512; 514-531; 4.1-18;
 20-37; 6.655-659; 674-684; 688-724 necnon folium ubi
 inscribitur *Bucolica explicit et Incipit Georgica liber D*);

G¹, G²: correctores saec. VI;

G³: corrector saec. VII-VIII;

G⁴: corrector Carolinae quae dicitur aetatis;

G⁵: correctores saec. XVIII (Iohannes Hauntinger,
 Ildefonsus von Arx).

V Veronensis XL 38 [CLA IV 498], exaratus saec. V ex. for-
 tasse in Italia septentrionali (apud Mantuam?), rescrip-
 tus litteris Luxoviensibus saec. VIII in. (supersunt B.
 3.27-52; 5.86-6.20; 7.12-37; 8.19-44; *Georg.* 2.92-117;
 274-299; 352-377; 535-3.12; 351-402; 4.436-464; 522-
 549; *Aen.* 1.1-26; 235-260; 2.80-105; 158-183; 288-313;
 470-496; 623-726; 3.561-586; 691-716; 4.144-195; 5.73-
 96; 241-292; 448-499; 7.248-273; 326-351; 404-429; 482-

507; 586-611; 664-689; 8.14-39; 93-118; 9.354-405; 10.1-26; 53-78; 183-208; 235-261; 549-574; 732-758; 12.456-508; 667-718);

V¹: corrector saec. V ex.;

V²: corrector saec. VI-VII.

- m** Monacensis lat. 29216/7, olim 29005/18 [CLA IX 1327], scriptus in Italia septentrionali saec. VIII ex. (supersunt *Aen.* 5.704-725; 737-758; 6.39-57; 73-90);
m¹: corrector eiusdem aetatis.
- p** Parisinus lat. 7906 [CLA 1744], in Germania occidentali scriptus saec. VIII ex. (supersunt *Aen.* 1.1-128; 3.682-5.734); cf. *Praef.* n. 33.
p¹, p²: correctores fere eiusdem aetatis.

CODICES AEVI CAROLINI

- a** Bernensis 172 (*B.* 1-*Aen.* 5) cum Parisino lat. 7929 (*Aen.* 6-12), olim Floriacensis (manus recentior inde ab *Aen.* 12.820; desunt *B.* 1.1-47 et *Aen.* 5.853-6.13; 12.868-952, mutili sunt versus *Aen.* 5.805-852), in *B.* et *Aen.* 9.537-12.819 apographon codicis R [MO B.12: saec. IX m.].
- b** Bernensis 165, olim Turonensis (desunt *Aen.* 12.919-952) [MO B.10: saec. IX 1/4]; cf. *Praef.* n. 35.
- c** Bernensis 184 [MO B.13: saec. IX-X].
- d** Bernensis 255 + 239, e Gallia septentrionali oriundus (desunt *Aen.* 12.682-952) [MO B.14: saec. IX 2/3].
- e** Bernensis 167, origine Autissiodorensis olim creditus (desunt *Aen.* 12.452-579; 772-952) [MO B.11: saec. IX²].
- f** Oxoniensis Bodl. Auct. F. 2. 8, ante annum fere 850 Parisiis exaratus in coenobio S. Germani (desunt *B.* 1.1-

- 54) [MO B.155: saec. IX¹].
- h** Valentianensis 407 (389), olim S. Amandi Elnonensis sive in Pabula [MO B.231: saec. IX²].
- k** Hamburgensis Scrin. 52 [MO B.69: saec. IX m.] in *Georg.* contulit M. ERREN, ipse nondum contuli (desunt *Georg.* 4.53-566).
- n** Neapolitanus Vind. Lat. 6, scriptura Beneventana exaratus, antiquissimus inter libros qui nobis in Italia inferiore pervenerunt (desunt *Aen.* 12.676-952) [MO B.151: saec. X¹]; cf. *Praef.* n. 38.
- o** Ausonensis ('Vic. Archivo Capitular'197), antiquissimus inter libros qui nobis in Hispania pervenerunt [MO C.272: saec. XI¹], contulit M. LIBRAN MORENO, 'ExClass' 9, 2005, 22-73 (perierunt *Aen.* 9.817-818; 11.1-12.301; 364-365, 493, 525, 612-613 et 816-944; mutili sunt *Aen.* 9.459-466, 577-582, 584-595, 609-626 et 688-719; 10.1-60, 125-189, 255-318, 383-446, 511-574, 637-701, 766-829 et 862-908).
- r** Parisinus lat. 7926 (desunt *Aen.* 12.138-952) [MO B.171: saec. IX 2/4].
- s** Parisinus lat. 7928 (supersunt *B.* 6.75-*Georg.* 3.124; *Aen.* 5.1-501; 6.705-9.639) [MO B.173: saec. IX ex.].
- t** Parisinus lat. 13043, olim Corbeiensis (desunt *B.* 1.1-8.11; *Aen.* 2.285-3.79; 11.11-12.952) [MO B.192: saec. IX 2/3].
- u** Parisinus lat. 13044, olim Corbeiensis (desunt *Aen.* 6.130-609; 676-7.712; 748-12.354) [MO B.193: saec. IX ex.].
- v** Vaticanus lat. 1570, olim Flaviniacensis [MO B.256: saec. IX/X]; cf. *Praef.* n. 36.
- x** Montepessulanus Fac. Med. 253, ipse nondum contuli neque alii contulerunt [MO B.120: saec. IX 2/3].
- ω** consensus horum, vel omnium, vel quoquot non separa-

tim nominantur.

γ Guelferbitanus Gudianus lat. 2° 70 (4374) + folium seiunctum nunc in bibliotheca Universitatis Goettingensis, App. Dipl. 10 E Mapp. I, 28 (*Georg.* 2.53-260), origine Lugdunensis, apographon codicis **P** vel potius codicis indidem correcti [*MO* B.281: saec. IX].

a¹, b¹, c¹, γ¹, etc.: eorum correctores fere eiusdem aetatis.

recc. codices quidam recentiores, testibus Pierio, Ribbeck, Sabbadini aliisque, vel manus Renatarum Litterarum Aetatis in codicibus aevi Carolini.

libri codices omnes qui nobis pervenerunt.

edd editores omnes vel plerique vel ceteri.

nomina virorum doctorum apud Ribbeck et Sabbadini vel alibi laudata.

FRAGMENTA PAPYRACEA VEL MEMBRANACEA, TABULAE CERATAE ET OSTRACA

- Π₁** Pap. Strasb. Lat 2 [*Pack³* n. 2935], saec. III-IV, fortasse in Italia scripta, cont. *B.* 5.17-34 (ipse edidi in 'Helikon' 4, 1964, 345-347).
- Π₂** Pap. Allen. s.n. [*Pack³* n. 2936], saec. V, cont. singula verba *Georg.* 1.229-237 cum versione Graeca.
- Π₃** Pap. Ant. 1.29 [*Pack³* n. 2937], saec. IV, cont. *Georg.* 2.527-3.11; 18-20; 22-25 cum notis marginalibus.
- Π₄** Pap. Tebt. 2.686b [*Pack³* n. 2938], saec. III, cont. *Georg.* 4.1-2 sexies iterata.
- Π₅** Pap. Colt Nessana 2.1 [*Pack³* n. 2939], saec. VI, cont. singula verba *Aen.* 1.262-263; 331-332; 413-424; 457-476; 602-606; 613-615; 668-669; 2.26-102; 717-718; 765-766; 788-789; 4.248-497 cum versione Graeca.

- Π₆** Pap. Ryl. 3.478 + Pap. Mil. 1.1 + Pap. Cair. inv. 85644 A-B [*Pack³* n. 2940], saec. III-IV, cont. singula verba *Aen.* 1.235-243; 247-262; 270-274; 276-277; 406-413; 418-424; 633-639; 646-651; 702-707; 711-719 cum versione Graeca (vide etiam L. KOENEN, 'ZPE' 11, 1973, 219-230).
- Π₇** Pap. Oxy. 1.31 = Bibl. Cantabrig. inv. add. 4031 [*Pack³* n. 2941], saec. V ex., cont. *Aen.* 1.457-463; 496-507.
- Π₈** Palimps. Ambrosianus L 120 sup., olim Cimed. Ms. 3 [*Pack³* n. 2943], saec. IV-V, cont. *Aen.* 1.588-608; 649-668; 689-708; 729-748 cum versione Graeca (vide etiam J. KRAMER, 'ZPE' 111, 1996, 1-20).
- Π₉** Pap. Oxy. 8.1098 = Pap. Cair. inv. JE 47435 [*Pack³* n. 2944], saec. IV-V, cont. *Aen.* 2.17-23; 40-45.
- Π₁₀** Pap. Colt Nessana 2.2 [*Pack³* n. 2945], saec. VI, cont. *Aen.* 2.296-299; 320-333; 3.559-563; 591-595; 630-633; 662-666; 4.450-457; 483-490; 517-521; 552-559; 647-650; 683-686; 5.8-10; 44-46; 644-648; 676-681; 6.425-434; 459-468; 492-503; 526-537; 561-573; 596-607; 631-643; 665-677; 701-711; 735-745; 769-780; 804-814; 838-845; 874-878.
- Π₁₁** PSI 7.756 [*Pack³* n. 2946], saec. IV-V, cont. singula verba *Aen.* 2.443-456; 468-482; 494-509; 522-537 cum versione Graeca.
- Π₁₂** Pap. Haw. 24 [*Pack³* n. 2947], saec. I ex., cont. *Aen.* 2.601 et 4.174 pluries iterata (cf. S. Dow, 'JRS' 58, 1968, 60-70).
- Π₁₃** Pap. Fouad 5 [*Pack³* n. 2948], saec. IV-V, cont. singula verba *Aen.* 3.445-468 cum versione Graeca.
- Π₁₄** PSI 1.21 [*Pack³* n. 2949], saec. V, cont. *Aen.* 4.66-68 et 99-102.
- Π₁₅** Pap. Oxy. 8.1099 = Bibl. Cantabrig. inv. add. 5896 [*Pack³* n. 2950], saec. V-VI, cont. singula verba *Aen.*

- 4.659-705; 5.1 cum versione Graeca.
- Π₁₆ Pap. Vindob. inv. L 24 [*Pack*³ n. 2951], saec. V, cont. singula verba *Aen.* 5.673-674; 683-684 cum versione Graeca (ipse edidi in 'Helikon' 4, 1964, 343-345).
- Π₁₇ Pap. Oxy. 6.872 [*Pack*³ n. 3018], saec. VI, continet frustula *Aen.* 6.698-700.
- Π₁₈ Pap. Ant. 1.30 [*Pack*³ n. 2952], saec. IV, cont. *Aen.* 12.762-765.
- Π₁₉ Pap. Narm. inv. 66.362 [*CLA* 1816; *Pack*³ n. 2935.1], saec. II in., cont. *B.* 8.53-62.
- Π₂₀ Tab. Vindoland. 2.452, inv. 86.384.a [*Pack*³ n. 2939.01], saec. I ex., cont. *Aen.* 1.1 bis iterata.
- Π₂₁ Pap. Berol. 21138A-B [*CLA* 1813; *Pack*³ n. 2939.1], saec. IV ex., cont. singula verba *Aen.* 1.211-252; 276-297; 398-400; 411-413; 419-422; 528; 547-548; 556-558; 617-618; 627-628; 729-731; 747-749; 755-756; 2.51-53; 60-62; 71-73; 84-86; 107-108; 120-121 cum versione Graeca.
- Π₂₂ Pap. Oxy. 50.3553 [*CLA* 1832; *Pack*³ n. 2943.1], saec. V, cont. *Aen.* 1.615-621 cum versione Graeca *Aen.* 1.622-628.
- Π₂₃ Pap. Masada 721, inv. 1039-210 [*Pack*³ n. 2948.01], saec. I (ante a. 74), cont. *Aen.* 4.9.
- Π₂₄ Tab. Vindoland. 2.118, inv. 85.137 [*Pack*³ n. 2951.01], saec. I ex., cont. *Aen.* 9.473.
- Π₂₅ Pap. Berol. inv. 21299 [*CLA* 1866; *Pack*³ n. 2951.02], saec. IV, cont. *Aen.* 10.832-836, 863-867.
- Π₂₆ Pap. Oxy. 10.1315 = Bibl. Cantabrig. inv. add. 5902 [*Pack*³ n. 3013], saec. V-VI, cont. *Aen.* 11.1 = 4.129.
- Π₂₇ Pap. Oxy. 50.3554 [*CLA* 1833; *Pack*³ n. 2951.1], saec. I ex., cont. *Aen.* 11.371-372 pluries iterata.
- Π₂₈ Ostr. Claud. 1.190, inv. 3637 [*Pack*³ n. 3016.01], saec. II in., cont. *Aen.* 1.1-3.
- Π₂₉ Tab. Vindoland. 2.121, inv. 85.119.a [*Pack*³ n. 3026.82],

VI.

Prima Syracosio dignata est ludere versu
 nostra neque erubuit silvas habitare Thalea.
 Cum canerem reges et proelia, Cynthius aurem
 vellit et admonuit: « Pastorem, Tityre, pinguis
 pascere oportet ovis, deductum dicere carmen ». 5
 Nunc ego (namque super tibi erunt qui dicere laudes,
 Vare, tuas cupiant et tristia condere bella)
 agrestem tenui meditabor harundine Musam.
 Non iniussa cano. Si quis tamen haec quoque, si quis
 captus amore leget, te nostrae, Vare, myricae, 10
 te nemus omne canet; nec Phoebus gratior ullast,
 quam sibi quae Vari praescripsit pagina nomen.
 Pergite, Pierides. Chromis et Mnasyllus in antro
 Silenum pueri somno videre iacentem,
 inflatum hesterno venas, ut semper, Iaccho; 15
 sarta procul tantum capiti delapsa iacebant
 et gravis attrita pendebat cantharus ansa.

VI 1-20 PRV. — FAUNORUM SATYRORUM (ET *add.* R) SILENORUM
 DILECTATIO (DEL. R) PR, spatium unius versus vacuum in V vv. 1-2
 ante v. 6 transl. Herrmann, 'Latomus', II, 1938, 17 1 Poe in mg.
 P¹R¹ syracosio ny, schol. Ver., pe. Probus 329, 15; « Syracosio
 graece ait, nam latine Syracusanus dicimus » Serv. digna V
 2 neque Pωγ, schol. Bern.; nec RVaf silvis Ra thalea PRVa, schol.
 Veron.; thalia ωγ; « Thalia... graece ait, nam latine Thalea debuit di-
 cere sicut Κυθήρια Cytharea; sed propter euphoniā contempsit ius
 regulae et ideo in graecitate permansit » Serv.; cf. B. I, 30; 4, 57, Georg.
 I, 437 etc. 3 cynthius V, corr. V¹ 4 et om. P, add. P² monuit Ra
 5 oves R diductum P; « deductum... translatio a lana, quae deducitur
 in lenitatem » Serv.; cf. Macroh. 6, 4, 12 ducere γ, corr. γ¹ 7 tristi
 ascondere R, corr. R² 9 in iussa, cf. B. 8, 11-12, Herrmann 'Lato-
 mus', XXIII, 1964, 77-80 10 amor releget Ra legat d, Prisc.
 XVIII, 87 nostrae te n 11 ullast V: ulla est PR 12 quarti P,
 que vari P² praescripsit P (corr. P²), praescripsit V, perscripsit hfy
 13 mnasyllus P; mnasyllus R, manasyloae V, mnasylos P²V¹ 15 iaccho
 V, corr. V¹ 16 capti R, corr. R¹ iacebat Pb 17 attrita R ca-
 tharus P

Adgressi (nam saepe senex spe carminis ambo
luserat) incipiunt ipsis ex vincula sertis;
addit se sociam timidisque supervenit Aegle,
Aegle, Naiadum pulcherrima, iamque videnti
sanguineis frontem moris et tempora pingit. 20
Ille dolum ridens: « Quo vincula neccitis? » inquit;
« solvite me, pueri; satis est potuisse videri.
Carmina quae voltis cognoscite; carmina vobis,
huic aliud mercedis erit ». Simul incipit ipse. 25
Tum vero in numerum Faunosque ferasque videres
Iudere, tum rigidas motare cacumina quercus;
nec tantum Phoebos gaudet Parnasia rupes,
nec tantum Rhodope miratur et Ismarus Orphea. 30
Namque canebat, uti magnum per inane coacta
semina terrarumque animaeque marisque fuissent
et liquidi simul ignis; ut his ex omnia primis,
omnia et ipse tener mundi concreverit orbis;
tum durare solum et discludere Nerea ponto 35

* 18 adgressi P, corr. P² saepe P, corr. P³ ambos e; « senex pro
senes, atabo pro ambos... Iuvialis dicit » schol. Bern. 19 insunt
ipsis V, corr. V¹ 20 socias P, corr. P²

** VI 21-47 PR. — 21 namq P, corr. P² ridenti Damid, ' Mnemosyne',
XXXV, 1907, 177 22 ooris in moris corr. R lepore γ, corr. γ¹ 23 in-
ridens P²; « ridens irridens » DServ. 24 vieri Peerlkamp 25 quo P, corr.
P² vultis PR²; vultis P²R 26 his e alit P et cum Ribbeck Sabbadini
incipit ex incoet P² 27 tunc Serv. Aen. 8, 462 (sed tum Aen. 11, 107)
videtur Pe 28 luserat P, corr. P³ tunc Non. 340, 31 rigidas R 29 par-
nasia P, corr. P² 30 phodope P, corr. P² miratur Pwy (cf. Gwy.
2, 98, Aen. 2, 317): mirantur Raden, Rufin. 14, 5, Sabbadini
(' Studi Virgiliani', Mantuae, 1930, 163-164) ismaris e 30 ter-
runque P, terramque e animaeque P, corr. P²; « Lucretius (1, 715)
' ex imbrī, terra atque anima nascuntur et igni ' » Serv. fuisset P
33 etliquid P, corr. P² ignes P² ex omnia P, schol. Bern. v. l. (cf.
Lucr. 1, 61), idque coniecit Peerlkamp: exordia Rwy, Macro. 6, 2, 82.
comum. Lucan. 1, 642, schol. Bern., DServ., Ribbeck, exordia Nettlekip
prima Hasberlin 34 omnia Rwy, Serv.: omnia P, quod in omnia
librarius ipse correxit, omnia Sabbadini tener] teros Hartmann, nota
tener inter pretatus est ' recens ' Rolfe, ' OPh ', VII, 1912, 245 urban
P, corr. P² 35 discluderenterea Ra; Nerea: id est aquas

coeperit et rerum paulatim sumere formas;
iamque novum terrae stupeant lucescere solem,
altius atque cadant summotis nubibus imbres,
incipiant silvae cum primum surgere cumque
rara per ignaros errent animalia montis. 40
Hinc lapides Pyrrhae iactos, Saturnia regna,
Caucasiasque refert volucres furtumque Promethei.
His adiungit, Hylan nautae quo fonte relictum
clamassent, ut litus: « Hyla, Hyla » omne sonaret;
et fortunatam, si numquam armenta fuissent, 45
Pasiphaën nivei solatur amore iuvenci:
A, virgo infelix, quae te dementia cepit!
Proetides implerunt falsis mugitibus agros;
at non tam turpis pecudum tamen ulla secuta
conubitus, quamvis collo timuisset aratrum 50
et saepe in levi quaesissent cornua fronte.
A, virgo infelix, tu nunc in montibus erras;
ille, latus niveum molli fultus hyacintho,

36 coeperat Macro. 6, 2, 22 forma P, corr. P² 38 altius
cum superioribus coniungit Wagner utque Ra, Ribbeck cadunt e
nubibus] signibus Ra, ignibus tueri stultus Pierius 39 silve P, corr. P²
primus P, corr. P² 40 ignaros Ra (scilicet stupentes, qui numquam
ante animalia vidissent): ignotos Pwy, Castiglioni montes P 41 hic
Pγ (corr. γ¹) pyrrhae P, phyrhae R atunia P, corr. P², Titanis suspic.
Wagner post hunc versum hinc hominum quondam genus et pri-
mordia regum, ut transitus scilicet lenior ad reliqua esset, addiderunt
reco., ut Ambrosianus Petrus 42 referat P, corr. P² fortunaeque P,
corr. P² 43 hylan dist. P², quae quom corrigendum sit; « ordo est: hic
adiungit quomodo Hylan nautae clamassent in fonte relicto » DServ.
quam Phillimore, ' Mnemosyne', LII, 1924, 221-224 44 sonaret]
reclamat schol. Iuvialis. 1, 164, sonarit Phillimore 45 fuisset P, corr. P²
46 pasiphae Pa nivei P (corr. P²) 47 quo P, corr. P²

VI 48-86 MPR. — 48 protides R implerunt R 49 ad P secuta
MP: secuta est Rwy, Macro. 4, 6, 3 50 timuissent Ra 51 laevi M,
corr. M² quaesissent P, quaesissent schol. Bern., Ribbeck et Sabbadini:
quaesisset MRwy, Myriots; cf. v. 50 cornua M, corr. M¹ 53 natus P,
latus P² fulto γ, corr. γ¹

ilice sub nigra pallentis ruminat herbas
 aut aliquam in magno sequitur grege. « Claudite, Nymphae, 53
 Dictaeae Nymphae, nemorum iam claudite saltus,
 si qua forte ferant oculis sese obvia nostris
 errabunda bovis vestigia; forsitan illum,
 aut herba captum viridi aut armenta secutum,
 perducant aliquae stabula ad Gortynia vaccae ».

Tum canit Hesperidum miratam mala puellam; 60
 tum Phaethontidas musco circumdat amarae
 corticis atque solo proceras erigit alnos.
 Tum canit, errantem Permessi ad flumina Gallum
 Aonas in montis ut duxerit una sororum, 65
 utque viro Phoebi chorus adsurrexerit omnis;
 ut Linus haec illi divino carmine pastor,
 floribus atque apio crinis ornatus amaro,
 dixerit: « Hos tibi dant calamos, en accipe, Musae,
 Asraeo quos ante seni, quibus ille solebat 70
 cantando rigidas deducere montibus ornos;
 his tibi Grynei nemoris dicatur origo,

54 herbas Ra 55 claudite P nympha P, nimpha MR (cor
 R¹) « claudite Nymphae: melius hoc a persona P-asphaea dictum ac
 cipimus » Serv. 56 dictaeae M, dictae Ra nymphae P 57 ferant P
 mfoevia P nostri M; « et hic nostris ut Terentius in Heaut. (170)-
 id est des » D.Serv. 58 forsitan PR 59 herbas M, corr. M¹ 60 aliquae
 P, corr. P² at P cortynia MR, Philarg., Serv, Sabbadini 61 tunc est
 caput M, corr. MP, cani in canit corr. R versus unum post 61 audiam
 suspicatur Flach 62 tunc Serv. B. 9, 19 (tam hic) amaro P (cor
 P²), amaro Ra (cf. v. 68) 63 corticis] *Jardinium genus Vergilium in
 praetulis testantur Diom. 443, 36. GLK V, 576, 7. Annot. CO 3400.
 Serv. adque R. aque γ, corr. γ¹ vv. 64-73 post 74-81 puerum
 pulavit Scaligero auctore Heyne 64 ad] at P, Sabbadini Gallum]
 ga^m M 65 aonias Ra montes MP² dixerit MRa, dicit P (corr. P²)
 66 atque Arus. 454, 28 utque viro] ut puero Aldhelm. 93. 31 67 viro
 M, divino M¹ 68 floribus P, corr. P- atque M, atque M² apio P,
 apio P² crinis atque M (atque del. M¹), orinas P² 69 hoc em. R.
 add R¹ ibi Ra tidibant P, tibidant P² 70 asraeo MR, asraeo P
 qu P, quae P² 71 rigidos γ, corr. γ¹ ornus P, corr. P²; cf. An. 4
 491; 6, 132; 11, 138 72 grynaei MP*

ne quis sit lucus, quo se plus iactet Apollo ».

Quid loquar aut Scyllam Nisi, quam fama secutast
 candida succinctam latrantibus inguina monstribus 75
 Dulichias vexasse rates et gurgite in alto,
 a! timidos nautas canibus lacerasse marinis;
 aut ut mutatos Terei narraverit artus,
 quas illi Philomela dapes, quae dona pararit,
 quo cursu deserta petiverit et quibus ante 80
 infelix sua tecta super volitaverit alis?
 Omnia quae, Phoebo quondam meditante, beatus
 audiit Eurotas iussitque ediscere lauros,
 ille canit; pulsae referunt ad sidera valles,
 cogere donec ovis stabulis numerumque referre 85
 iussit et invito processit Vesper Olympo.

73 nec P²Rad quis] qui MP²R pulsactet P, plus iactet P²
 74 quit P loquar ex loquor P; « alii loquor alii loquar » Ansil.
 SC 159; hic Sileni munus Vergilius ipse usurpat aut] ut Ra?,
 Heyne aliquis edd., ut... aut quam Doering (cl. Serv.) cyllam P,
 corr. P² « modo Vergilius... misisit fabulas... ut diceret Scyllam Nisi
 pro Phaece...; aut certe sis hysteroproteron... ut intelligamus: quid loquar
 Scyllam Nisi aut quam fama secuta est...; aut certe aut bis accipiamus:
 quid loquar aut Scyllam Nisi aut quam fama secuta est » Serv.; cf.
 An. 6, 602 secutast R: secuta est PR², secut... M 75-77 repetit
 Ovis auctor, vv. 59-61 75 latrantibus subcinotam Ra 76 dulichias R²:
 dulicias MP²R, dulicia P 77 cantabimus, dein radendo canibus M
 78 ut em. M, add. M¹ terroi M, corr. M¹ narraverit P (corr. P²),
 narraverat Ra? actus Ra 79 philomela M quo P, corr. P² pa-
 raret P (corr. P²) af 80 petiviret P, corr. P² ante] alte Ribbeck
 81 infelix disting. M² supra Ra ales M²R 82 que P, corr. P²
 omnia quae Eurotas (em. Phoebus-audit) ps. Probus quondam M
 83 audit Ra discere P laurus M, Wagner, Funaioli, Studi di let-
 teratura antica, II, 1, Bononiae 1947, 382 s. 85 ovis M¹: ovis M,
 oua P, oves M²P²R, Aesper p. 535, 16 stabulis disting. M² stabulisne
 merumque γ, corr. γ¹ referri M²P²cy, Ribbeck 86 iussisset P,
 iussit et P²

Nec mihi tum mollis sub divo carpere somnos 435
 neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas,
 cum positis novus exuviis nitidusque inventa
 volvitur, aut catulos tectis aut ova relinquens,
 arduus ad solem et linguis micat ore trisulcis.
 Morborum quoque te causas et signa docebo. 440
 Turpis ovis temptat scabies, ubi frigidus imber
 altius ad vivom persedit et horrida cano
 bruma gelu, vel cum tonsis inlatus adhaesit
 sudor et hirsuti secuerunt corpora vepres.
 Dulcibus ideoque fluviis pecus omne magistri 445
 perfundunt, udisque aries in gurgite villis
 mersatur missusque secundo defluit amni,
 aut tonsura tristi contingunt corpus amurca
 et spumas miscent argenti vivaque sulphura
 Idaeasque pices et pinguis unguine ceras 450
 scillamque elleborosque gravis nigrumque bitumen.
 Non tamen ulla magis praesens fortuna laborumst,
 quam si quis ferro potuit rescindere summum
 ulceris os; alitur vitium vivitque tegendo,

435 nec Man, Serv. Georg. 2, 475: no M²PRωγ, Quintil. 9, 3, 21, Probus 251, 11, schol. Bern. et post alios Ribbeck; «nec mihi nec cui-
 cumque» D²Serv. tom P. tunc Serv. Georg. 2, 475 molles M dio P
 436 herbam b 437 exuvia P 438 atque ova Heyne 439 hunc v.
 (= Aen. 2, 475) delendum censuit Haupt 440 to] et P curas Schrader
 441 ubi] cum R. Col. 7, 5, 5 442 vivum MR 443 getu in gelu corr.
 M¹ inlatus MPRγ, Col. 7, 3, 10: inlotus M²ωγ¹, schol. cod. M B.
 10, 7, schol. Bern., Mynors; «inlotus lotus vel lautus dicimus» Serv.
 444 hirsutis M (corr. M²) R, irauti schol. cod. M B. 7, 53 446 perfundent
 a 447 misceque γ, corr. γ¹, mersusque Non. 389, 37 448 amurca
 M 449 et] aut GLK VI, 637, 15; VII, 339, 22 vivaque sulphura
 Maerob. 5, 14, 4, Gramen., schol. Bern., Serv.: et sulphura viva MPRωγ,
 GLK VII, 389, 2; 309, 32, «quidam» ap. Mar. Vict. 212, 21, Anth.
 Lat. 17, 332, viva et sulphura r, ac sulphura viva n; «vivaque sulphura
 dactylicus versus» Serv. 450 ideaeque MR pingues R 451 scyl-
 lamque M²Pen, ps. Probus illeborosque R 452 laborumst R: labo-
 rum est MPR¹, malorum est schol. Bern. v. l. 453 potuit] properat
 Schrader summum] rimum in ras. M¹

dum medicas adhibere manus ad volnera pastor 455
 abnegat aut meliora deos sedet omina poscens.
 Quin etiam, ima dolor balantum lapsus ad ossa
 cum furit atque artus depascitur arida febris,
 profuit incensus aestus avertere et inter
 ima ferire pedis salientem sanguine venam, 460
 Bisaltae quo more solent acerque Gelonus,
 cum fugit in Rhodopen atque in deserta Getarum
 et lac concretum cum sanguine potat equino.
 Quam procul aut molli succedere saepius umbrae
 videris aut summas carpentem ignavius herbas 465
 extremamque sequi aut medio procumbere campo
 pascentem et serae solam decedere nocti,
 continuo culpam ferro compesce, priusquam
 dira per incautum serpent contagia volgus.
 Non tam creber agens hiemem ruit aequore turbo 470
 quam multae pecudum pestes. Nec singula morbi
 corpora corripunt, sed tota aestiva repente,
 spernque gregemque simul cunctamque ab origine gentem.
 Tum sciat, aërias Alpibus et Norica si quis
 castella in tumulis et Iapydis arva Timavi 475

455 volnera MR, schol. Bern. Ter. adolph. 693, volnera γ, corr. γ¹
 458 sci MRberty: et Pwy¹, schol. Bern. Ter. adolph. 693, Ribbeck, Mynors
 deo M, corr. M¹ omina Māhty, Serv. ut vid., Mynors: omnia PRwγ,
 Ribbeck, Sabbadini 457 labens MPH 458 adque H depascatur
 γ, corr. γ¹ 459 intensus Heinisus 460 salientem M, corr. M¹
 461 gelonus P 462 sut M, adque R 463 cum om. γ 464 hauri P
 mollis Fe 465 aut] et M, corr. M¹ carpentes M, corr. M¹ [ignavius]
 segnius R 466 concumbere P; cf. B. 8, 87 467 serae] saepe H, serae
 R¹ay; «pascentem, saepe pascentem» schol. Bern. 468 foro M, corr. M¹
 469 serpunt P. Sabbadini vulgus MR 470 greber P hiemem]
 imbrum b aequora Rγ (corr. γ¹), quod Heinisio alioque placuit
 472 sci M 474 tano M, Serv. hic et Aen. 11, 247 sci videlicet ea
 quae vv. 470-473 dicta sunt alpes M¹R et] ut P, aut b 475 Iapydis
 w, Serv. hic et Aen. 11, 247, interpr. schol. Bern. et ps. Probus, «et Iapydis
 a. T. id est Venetiam; nam Iapydia pars est Venetiae, dicta ab Iapydio
 oppido...; unde male quidam Iapygis legunt, cum Iapygia sit Apulia»
 Serv.: Iapydis M, Iapygis Phry, schol. Bern. in lemm., Iapygis R
 arva M¹w¹, schol. Bern.: arma MRenry, ora P

nunc quoque post tanto videat, desertaque regna
 pastorum et longe saltus lateque vacantis.

Hic quondam morbo caeli miseranda coortast
 tempestas totoque autumnu incanduit aestu
 et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum 480
 corripitque lacus, infecit pabula tabo.
 Nec via mortis erat simplex, sed, ubi ignea venis
 omnibus acta sitis miseris adduxerat artus,
 rursus abundabat fluidus liquor omniaque in se
 ossa minutatim morbo conlapsa trahebat. 485
 Saepe in honore deum medio stans hostia ad aram,
 lanea dum nivea circumdatur infula vitta,
 inter cunctantis cecidit moribunda ministros;
 aut, si quam ferro mactaverat ante sacerdos,
 inde neque impositis ardent altaria fibris, 490
 nec responsa potest consultus reddere vates,
 ac vix suppositi tinguntur sanguine cultri
 summaque ieiuna sanie infusatur harena.
 Hinc laetis vituli volgo moriuntur in herbis
 et dulcis animas plena ad praesepia reddunt, 495
 hinc canibus blandis rabies venit et quatit aegros
 tussis anhela sues ac faucibus angit obsessis.

477 longae R laeteque P vocantis P, vacantes R, vagantis bey,
 corr. γ¹ 478 coortast R: cohorta est M, corta est PR¹ 480 neco
 γ, corr. γ¹ 481 corripitque Pa, corripitque cy (corr. γ¹) infecti] in-
 fectaque Wagner, qui etiam corruptique covecit tabula R (pabula corr.
 R¹) tabe Ribbeck (cf. v. 557); in Aeneide vim vocabulorum rectius
 servasse Vergilium animadvertit Sabbadini 482 sci M lignea venis
 M, corr. M¹, ignea venus c 483 attraxerat P, abduxerat n; «addu-
 xerat pro contraxerat» D.Serv. 484 fluidus M¹ 485 ossa ex oss P¹
 minutatim P conlapsa M 486 onore P 487 niveo M, corr. M¹
 488 cunctantes P caecidit My magistros R 490 nec M impositis P
 firra in fibris corr. P 491 consulto γ, corr. γ¹ 493 ac] aut en sup-
 posita P tinguntur R sanguine cultri in ras. M¹ 493 teima P
 sanie] sanie M (corr. M¹), sanile P 494 vulgo MR 495 dulces MR
 anima M, corr. M¹ penunt GLK V, 587, 19 497 tussis anala M,
 corr. M¹ ac] et γ obsessis MP: obessis M¹, ovensis R

LIBER PRIMUS

Arma virumque cano, Troiae qui primus ab oris

INCIPIUNT LIBRI AENEIDOS VIRGILII MARONIS DUO DECEM. PRIMUS HABET VENTIANI AT TROES IN URBE P. DEEST IN RV; «licet quidam superflue dicant secundum (librum) primum esse, tertium secundum et primum tertium» Serv. in praefatione Commentariorum Aeneidos

1-26 MyRVp. — 1 Arma virumque initium poematis Vergilianum agnoscit tota antiquitas, ut Ovid. trist. 2, 533-534, amor. I, 15, 25, Prop. 2, 34, 63 ss., Pers. 1, 96, Martial. 8, 55: 14, 185, Auson. epigr. 137, Fulg. 87 (143) (cf. etiam tit. Pomp 9131); tredecies inscribitur Pompeius (cf. Della Corte, 'Epigraphica', 2, 1940, 171-178), ter pluries Romae in foro Caesaris, saec. II (cf. Della Corte, 'BCAR', LXI, 1931, 111 ss.) et etiam in Palatino, saec. I (cf. Marichal, 'REL', XXXV, 1957, 82), Sussanae Auruncae aliasque (cf. Hoogma, Der Einfluss Vergils auf die Carmina latina epigraphica, Amstelodami 1959, 223); prooemium Aeneidos idem est versuum numero ac illud Iliadis Troia tit. Pomp. 4832: «Probus ait Troiam», «Graios» et «Ajax» non debere per unam scribi» D'Serv. 1^a «Nisus grammaticus audisse et a senioribus aiebat, Varium... primi libri corruisse principium, his versibus demptis: ille ego Martia arma virumque cano» v. Don. 42, «Augustus vero, ne tantum opus periret, Tuocam et Varium hoc lege iussit emendare, ut superflua demerent, nisi adderent tamen; unde et semiplenos eius invenimus versiculos, ... et aliquos detractos, ut in principio. Nam ab 'armis' non coepit, sed sic: Ille ego Martia arma virumque cano» Serv. in praefatione Commentariorum Aeneidos; v. 1^a utuntur etiam Priso, octies, Pomp. bis et GLK VIII, 136, 1; 141, 11; 203, 5; hoc prooemium omittunt codices antiqui, defend. e multis De Witt, 'CPh', XVI, 1921, 338-344, Rostagni, 'RFIC', 1939, 1-10, Van Berchem, 'REL', 1942, 69-78, Stégen, 'LEC', XXXIX, 1971, 199-214, Hansen, 'CQ', XXII, 1972, 139-149, sed suadet Brandt ('Philologus', LXXXIII, 1927-1928, 331-335; cf. etiam Austin, 'CQ', XVIII, 1968, 107-115, Pearce, 'CQ', XX, 1970, 335-338 et Gould, 'HSPH', 74, 1970, 126-130) ut credamus a nemine quo scolo scriptum, ut sub postae imagine in initio voluminis positum stet, qualem dono dat Martial. 14, 186

Italiam fato profugus Laviniaque venit
 litora, multum ille et terris iactatus et alto
 vi superum, saevae memorem Iunonis ob iram,
 multa quoque et bello passus, dum conderet urbem
 inferretque deos Latio, genus unde Latinum
 Albanique patres atque altae moenia Romae.

Musa, mihi causas memora, quo numine laeso
 quidve dolens regina deum tot volvere casus
 insignem pietate virum, tot adire labores
 impulerit. Tantaene animis caelestibus irae?

Urbs antiqua fuit (Tyril tenuere coloni)
 Karthago, Italiam contra Tiberinaque longe
 ostia, dives opum studiisque asperrima belli;
 quam Iuno fertur terris magis omnibus unam

[Ille ego, qui quondam gracili modulatus avena
 carmen et egressus silvis vicina coegi,
 ut quamvis avido parent arva colono,
 gratum opus agricolis, at nunc horrentia Martis]

1^o ille] ipse *GLK VIII, 136, 1* quondam] silvas *Z* gracili] tenui
 C. inter m modulatus *AT^oB*, *OLK VIII, 136, 1; 141, 11*, me-
 ditatus *E* abena *C* 1^o carmen etiam *Priec. XVII, 165, 187, 204;*
XVIII, 4; carmina *Z* coegi] quo egi *P^o* 1^o parent *A*, pararent *P^o*
 2 Laviniaque *MVpn. Gell. 10, 16, 6, Tib. (cf. Aen 4, 236)*; Laviniaque
M^oRp^oto (Lavinia, abraze quo, rest. *M^o*), tegula saec. 1 (in Italia inventa
C.I.L. II 4967, 31), *Maerob. 5, 2, 8, Serv. hic et ad v. 1, utrumque*
Gramm.; «Lavinia legendum est, non Lavinia» *Serv. 3 litora ad v. 2*
add. MV, ad v. 3 rest. V^o teris V alio M, corr. M^o 4 usque M
5 passos in passus corr. R v. 6 om. γ, add. γ¹ 7 alta R 8 Musa
mihi causas memora quo numine laeso quidve in effigie musici
operis Vergiliana apud Hadrumetum inventa, quas ad saec. 1 rediit;
cf. Comparetti, 'A & R', XVII, 1914, 68-94 et Pascal, 'Athenaeum',
*II, 1914, 29-37 memora causas *OLK VIII, 276, 6* 9-10 volvere-*
*tot om. p 11 impulerit *Myp, schol. Ver.*, impulerat *Rn*, compulerit*
*Baehrens tantaenas *M, corr. M^o*; «nonnulli tantaeno legunt ut inter-*
*rogatio sit potius quam exclamatio» *DServ.* 12 Tyril V (Tyril *V^o*, schol.*
*Ver.) 13 Karthago *RVp*, chartago *γ* tyberinaque *p* 14 hostia *M**
 15 una *Mp, corr. M^o*

posthabita coluisse Samo: hic illius arma,
 hic currus fuit; hoc regnum dea gentibus esse,
 si qua fata sinant, iam tum tenditque fovetque.
 Progeniem sed enim Troiano a sanguine duci
 audierat, Tyrias olim quae verteret arces;
 hinc populum late regem belloque superbum
 venturum excidio Libyae: sic volvere Parcas.
 Id metuens veterisque memor Saturnia belli,
 prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis:
 necdum etiam causae irarum saevique dolores
 exciderant animo; manet alta mente repostum
 iudicium Paridis spretaeque iniuria formae
 et genus invisum et rapti Gaumedis honores:
 his accensa super iactatos aequore toto
 Troas, reliquias Danaum atque immitis Achilli,
 arcebat longe Latio, multosque per annos

16 Samo et hic *V^o* 17 cursus *p* 18 facta *p* sinunt *M, corr. M^o*
 iam tum] tantum *Non. 311, 27* 19 set in sed corr. *M*; «sed co-
 nianctio, quaevis lex grammaticorum per t litteram dicit, quoniam d
 littera nulla consonantia terminatur, nescio quomodo tamen obrepit su-
 ribus nostris et d litteram sonat cum dicimus progeniem sed - audierat.
 Unde quaerendum erat, contrane ac loquimur scribendum sit an secundum
 scripturam loquendum» *Velius 70, 8-14* 20 audierat ex audiat *M^o*
 Latias... poneret *Baehrens v. 21-22* «in Probi adpuncti sunt et ad-
 notatum 'hi duo si existantur, nihilo minus sensus integer erit'» *DServ.*
del. Jaehmann, 'RAM', 54, 1934, 222 22 exocidio *p* libae *γ*, libiae *γ¹*
 parcas in parochas corr. *M^o* 24 primam *γ*, corr. *γ¹* agris *M*, arcis *p*.
 corr. *M^op^o* 25 causa *pe*

27-128 *Myp*. — 27 spractaeque *M, corr. M^o*, spractaeque *γ* 28 raptis *R*
 gentibus *yp* 30 reliquias *n*; «reliquias ut etat verus genuavit 1» *Serv.*
 immitis *γ* Achilli *Myp, schol. Bomb. Ter. adolph. 841, Asper ap. Serv.*
Aen. 8, 353, Tib.; Achillis *R*; «Achilli propter δημοσιόλεπτον detrahit s
 litteram, quae plerumque pro sibilo habetur non solum necessitatis sed
 etiam euphoniae causa» *Serv.*; *cf. Aen. 3, 87 et «sed quia plerumque s*
in latinitate detrahitur, remanebat i. Nino est 'filia Nerei', 'immitis
*Achilli'... eto Asper» *Serv. Aen. 8, 353* 31 arcebat corr. in arcebat
M^o latino *a**

errabant acti fatis maria omnia circum.

Tantae molis erat Romanam condere gentem.

Vix e conspectu Siculae telluris in altum
vela dabant laeti et spumas salis aere ruebant, 35

cum Iuno aeternum servans sub pectore volnus
haec secum: « Mene incepto desistere victam
nec posse Italia Teucrorum avertere regem?
Quippe vetor fatis. Pallasne exurere classem
Argivum atque ipsos potuit submergere ponto
unius ob noxam et furias Aiacis Oilei? 40

Ipsa Iovis rapidum iaculata e nubibus ignem
disiecitque rates evertitque aequora ventis,
illum expirantem transfixo pectore flammam
turbine corripuit scopuloque infixit acuto; 45

ast ego, quae divom incedo regina Iovisque
et soror et coniunx, una cum gente tot annos
bella gero. Et quisquam numen Iunonis adorat
praeterea aut supplex aris imponet honorem? »

Talia flammato secum dea corde volutans 50
nimborum in patriam, loca feta furentibus Austris,
Aeoliam venit. Hic vasto rex Aeolus antro
luctantis ventos tempestatesque sonoras
imperio premit ac vinclis et carcere frenat.

32 factis p 35 salis om. M, add. M² ruebant] secabant *Herz. Aen. 2, 209, ex Aen. 10, 214* 36 volnus γ: vulnus My¹Rp 37 « men... non mēno »
Mar. Vict. 22, 9 38 Italiam γRs (corr. R²) 41 Oili M, *Anel. OI 1, Tib., Ribbeck* 42 illa et 44 ipsum Earle, 'Mnemosyne', XXXI, 1903, 46
42 v. om. a, add. a¹ rapidum] positum e iaculata e] iaculata γ, iaculata
γ¹ 44 expirantem My¹p (corr. p¹) pectore] « Probus et tempore legit ut
ipse (Aen. 9, 588) liquefacto tempora plumbo, sed qui legunt tempore
de Accio translatum adfirmant » *DServ.* flammis p 45 « infixit Cor-
nutus ait infixit verius, quod sit vehementius » *DServ. (cf. Aen. 10, 303)*
46 divom γ: divum My¹Rp 47 coniunx MRp viota *Peerlkamp*,
vana coniecit *Ribbeck* 48 quisquam ex quisquam M¹ adorant p,
adoret *Quintil. 9, 2, 10, Serv. Georg. 4, 502, DServ. Aen. 2, 79; 12, 11*
49 suplex γ imponet MRd?, inponet γ¹: inponit γpw, *Tib., inponat recq.*
53 luctatos γ, corr. γ¹, luctantes Rp sonoras γ 54 praemit Rp (corr.
p¹) aq] et *Non. 365, 12*

Illi indignantes magno cum murmure montis 55
circum claustra fremunt; celsa sedet Aeolus arce

sceptra tenens mollitque animos et temperat iras.

Ni faciat, maria ac terras caelumque profundum
quippe ferant rapidi secum verrantque per auras;

sed pater omnipotens speluncis abdidit atris 60

hoc metuens molemque et montis insuper altos

imposuit, regemque dedit qui foedere certo

et premere et laxas sciret dare iussus habenas.

Ad quem tum Iuno supplex his vocibus usa est:

« Aeole (namque tibi divum pater atque hominum rex 65

et mulcere dedit fluctus et tollere vento),

gens inimica mihi Tyrrhenum navigat aequor,

Ilium in Italiam portans victosque penatis:

incute vim ventis submersasque obrue puppes,

aut age diversos et dissice corpora ponto. 70

Sunt mihi bis septem praestanti corpore Nymphae,

quarum quae forma pulcherrima Deïopea,

conubio iungam stabili propriamque dicabo,

omnis ut tecum meritis pro talibus annos

exigat et pulchra faciat te prole parentem ». 75

Aeolus haec contra: « Tuus, o regina, quid optes,

explorare labor; mihi iussa capessere fas est.

Tu mihi quodcumque hoc regni, tu sceptra Iovemque

57 saepta *Baehrens* tenens ex tenent M² 58 faciunt M 59 tre-
pidi *Non. 420, 2 (sed rapidi 302, 35)* auram a? 60 set M 61 molem ex
mollem corr. M¹ montes R 63 premeret M, corr. M² iusis γ,
corr. γ¹ habenas] h in ras. M¹ 64 at M suplex γ 65 aele p,
corr. p¹ at in atque corr. p¹, at n rex om. M, add. M² 66 et mulcere]
emulcere *GLK IV, 533, 9* 67 tyrrhenum Rp (corr. p¹) 68 penates
γRp 69 venti *Usener* submersas R brus M, obruere γ,
obruere p, corr. M¹γ¹p¹ 70 agere p, corr. p¹ et ex aut M¹; « et...
Ale mutavit coniunctionem; nam dicendum erat aut dissice corpora »
DServ. dissicep corr. in dissice M¹, dissice cum *Don. Ter. andr.*
DServ. *Ribbeck* 72 quae ex q. (= que) M¹; *cf. Aen. 10, 225* 73 pro-
prioque e 75 pulara γ, corr. γ¹ 76 tuos et *Anth. Lat. 11, 92 Sabbadini*
rina R, corr. R⁴ 77 « aut certe explorare 'explanare' » *DServ.*: ex-
planare *Baehrens* et *Kvičala* labor] la in ras. γ¹ iussa γ

concilias, tu das epulis accumbere divum
nimborumque facis tempestatumque potentem.

Haec ubi dicta, cavum conversa cuspide montem
impulit in latus: ac venti velut agmine facto,
qua data porta, ruunt et terras turbine perfiant.
Incubue mari totumque a sedibus imis
una Eurusque Notusque ruunt creberque procellis
Africus et vastos volvunt ad litora fluctus.
Insequitur clamorque virum stridorque rudentum.
Eripiunt subito nubes caelumque diemque
Teucrorum ex oculis; ponto nox incubat atra:
intonuere poli et crebris micat ignibus aether
praesentemque viris intentant omnia mortem.

Extemplo Aeneae solvuntur frigore membra;
ingemit et duplicis tendens ad sidera palmas
taliam voce refert: «O terque quaterque beati,
quis ante ora patrum Troiae sub moenibus altis
contigit oppetere! o Danaum fortissime gentis
Tydide! mene Iliacis occumbere campis

non potuisse tuaque animam hanc effundere dextra,
saevus ubi Aeacidae telo iacet Hector, ubi ingens
Sarpedon, ubi tot Simois correpta sub undis
scuta virum galeasque et fortia corpora volvit!»

Talia iactanti stridens Aquilone procella
velum adversa ferit fluctusque ad sidera tollit.

79 concilia R 80 nymborumque p 81 convras in conversa corr. R¹
82 impulit p. schol. Ver. Aen. I, 11 84 tortumque Markland 86 flu-
stus in fluctus corr. R² 87 insequitur] it caelo Prisc. VII, 24, ex Aen. II,
192 rudentem My (corr. M²Y¹) 89 Teucrorumque M. quo del. M²
91 mortem ex montem corr. M¹ 92 exemplo an? frigora p 93 duplices
My¹p¹ eendens M, corr. M¹ 96 contigere Y, corr. Y¹ oppetere Y,
corr. Y¹ 100 Sarpedon] n om. M, superscr. M², Sarpedon R, corr. R¹
undae pu? (cf. v. 104 et Aen. 8, 538); «et sub undis legimus et sub undas.
sed si sub undas, 'correpta' intellege, si sub undis, 'volvit'. varia ergo
distinctio est» Serv. 102 iactati Y, corr. Y¹ 103 verum adferre M,
corr. M¹ fluctusque M²Rbefrv: fluctumque Mypw, Tib., fluxumque
Bachrens

Franguntur remi; tum prora avertit et undis
dat latus: insequitur cumulo praeruptus aquae mons.
Hi summo in fluctu pendent; his unda dehiscens
terram inter fluctus aperit, furit aestus harenis.
Tris Notus abreptas in saxa latentia torquet
(saxa: vocant Itali mediis quae in fluctibus Aras,
dorsum immane mari summo), tris Eurus ab alto
in brevia et Syrtis urguet (miserabile visu)
inliditque vadis atque aggere cingit harenae.
Unam, quae Lycios fidumque vehebat Orontem,
ipsius ante oculos ingens a vertice pontus
in puppim ferit: excutitur pronusque magister
volvitur in caput; ast illam ter fluctus ibidem
torquet agens circum et rapidus vorat aequore vortex.
Apparent rari nantes in gurgite vasto,
arma virum tabulaeque et Troia gaza per undas.

104 fraguntur p prora paa. Porph. Hor. s. I, 3, 55, Serv. ad v. 401:
proram MyR, Tib.; «proram, alii prora tradunt» DServ. 105 tu-
mulo e 107 fluctus] alter. u in ras. M² apperit γ 108 «tris
latum est» Serv. saxa ex laxa M² 109 laxa M, corr. M² post
saxa distinctis Pluss, 'JKPA', 1884, 590 s. mediis quae Rpfw,
Quintil. 8, 2, 14: mediusque Myaceh. Wagner; «ordo est: quae saxa in
mediis fluctibus latentia Itali Aras vocant» Serv., «alii mediis quae
fluctibus Aras legunt, ut sui ordo saxa vocant Itali Aras quae mediis
fluctibus» DServ. Hanc mixturam iure vituperavit Quintil. («quibus
adhuc prior est mixtura verborum, qualis in illo versu saxa - Aras»); ce-
terum pronominis relativi hyperbaton post tria verba etiam B. 2, 37 et
Aen. 2, 298, 478, post novem Aen. 7, 880; cf. Pluss, 'JKPA', 1884, 590
s. et Valis, 'BPAW', XXXI, 1911, 220 ss. 110 immane M maris summi
Char. 278, 20 111 urget My 112 «et multi sic legunt inliditque vadis
atque aggere cingit harenae» DServ., obscure adque R 113 licios γ
Orontem Rp. testatur Char. 20, 6: orontem My 114 oculus p vertice
testatur Plin. sp. Char. 88, 18 115 im M puppim γ «nonnulli sane
pronum adverbialiter legunt» DServ. 117 vortex γRp¹, Tib., Ribbeck:
vortex Mp. DServ., Sabbadini et Mynore; «vortex a vertendo dicitur.
vortex a vorando, et vult Plinius verticem immanem eius impetore habere,
ut ingens a vertice pontus (v. 114); verticem vero circumstantem undas
esse, ut et rapidus vorat aequore vortex» Char. 88, 16-20

Iam validam Ilionei navem, iam fortis Achatae
et qua vectus Abas et qua grandaevos Aletes,
vicit hiemps; laxis laterum compagibus omnes
accipiunt inimicum imbrem rimisque fatiscunt. 120

Interea magno misceri murmure pontum
emissamque hiemem sensit Neptunus et imis
stagna refusa vadis, graviter commotus, et alto
prospiciens summa placidum caput extulit unda. 125

Disiectam Aeneae toto videt aequore classem,
fluctibus oppressos Troas caelique ruina.
Nec latuere doli fratrem Iunonis et irae. 130
Eorum ad se Zephyrumque vocat, dehinc talia fatur:

* « Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?
iam caelum terramque meo sine numine, venti,
miscere et tantas audetis tollere moles?
Quos ego...! sed motos praestat componere fluctus. 135

Post mihi non simili poena commissa luetis.
Maturate fugam regique haec dicite vestro:
non illi imperium pelagi saevumque tridentem,
sed mihi sorte datum. Tenet ille immania saxa,
vestras, Eure, domos; illa se iacet in aula 140
Aeolus et clauso ventorum carcere regnet ».

Sic ait et dicto citius tumida aequora placat
collectasque fugat nubes solemque reducit.

120 achatem p? (corr. p¹). Aebati Plin. op. Char. 132, 22 121 gran-
deus p¹. grandevus MRp, grandaevus γ¹R², grandaeus γ aletes γ
122 hiems M¹γ¹, hiem γ compagibus p omnem p 123 rimisque
My. corr. M¹γ¹ 125 emissamque γ 126 refusa γ, corr. γ¹ vadis
gravior distinxit Stögen, 'Latomus', XXX, 1971, 171 127 placitum s

129-184 MyR. — 129 ruina Mw, Serv. Georg. 1, 324, Aen. 8, 525,
Tib.: ruinam γRad 130 laturo R « aut doli Iunonis aut fratrem
Iunonis. gemina ergo distinctio est » Serv. 132 generos M, corr. M¹
135 ego quos tit. Pomp. 4798 [sed quos ego tit. Pomp. 4400], vos ego
Schrader motus a compono γ, componere γ¹ 137 regioque M, corr.
M¹ dite M, corr. M¹ 139 set MR immania M 140 iacet] pr. t in
ras. M¹ 142 sic] haec c

Cymothoë simul et Triton adnixus acuto
detrudunt navis scopulo; levat ipse tridenti 145
et vastas aperit Syrtis et temperat aequor
atque rotis summas levibus perlabitur undas.

Ac veluti magno in populo cum saepe coorta est
seditio saevitque animis ignobile vulgus,
iamque faces et saxa volant, furor arma ministrat: 150
tum pietate gravem ac meritis si forte virum quem
conspexere, silent arrectisque auribus adstant;
ille regit dictis animos et pectora mulcet:
sic cunctus pelagi cecidit fragor, aequora postquam
prospiciens genitor caeloque inventus aperto 155
flectit equos curruque volans dat lora secundo.

Defessi Aeneadae, quae proxima litora, cursu
contendunt petere et Libyae vertuntur ad oras.
Est in secessu longo locus: insula portum 160
efficit obiectu laterum, quibus omnis ab alto
frangitur inque sinus scindit sese unda reductos.
Hinc atque hinc vastae rupes geminique minantur
in caelum scopuli, quorum sub vertice late
aequora tuta silent; tum silvis scaena coruscis 165
desuper horrentique atrum nemus imminet umbra.
Fronte sub adversa scopulis pendentibus antrum:
intus aquae dulces vivoque sedilia saxo,
Nympharum domus. Hic fessas non vincula navis

144 cymothoë γ 145 naves M 146 syrtis M ac a aequans Buchrens
148 ac] et Clodon. 86, 22 magna rec. coorta in cohorta corr. M¹, cho-
orta γ 149 sedio R, seditio R¹ saevit (om. -que) Probus 203, 13
160 « volant: multi non volant sed volunt invenisse se dicunt. sed Cor-
natus verendum est ne praeposterum sit faces velle et sic saxa, cum alibi
(Aen. 7, 340) maturae et ex ordine dictum sit arma velit - iuventus » DServ.
161 tunc Non. 314, 6 que in quem corr. M¹, ad se Buchrens 164 cae-
cidit M, corr. M¹ 166 fluctuque γRa?, curruque γ¹ 169 secesso γ
180 efficit M obiectu R 163 adque R vastae] altera a in ras. R.
vastae in vate corr. M¹ 164 silentum γ, corr. γ¹ tunc comas. Lucan.
4, 436 coruscis γ, corr. γ¹ 165 umbris Isid. 1, 36, 18 166 fronte
in fronte corr. R² 167 aqua M 168 nympharum R naves M, naves M¹

ulla tenent, unco non alligat ancora morsu.
 Huc septem Aeneas collectis navibus omni 170
 ex numero subit, ac magno telluris amore
 egressi optata potiuntur Troes harena
 et sale tabentis artus in litore ponunt.
 Ac primum silicii scintillam excudit Achates
 suscepitque ignem foliis atque arida circum 175
 nutrimenta dedit rapuitque in fomite flammam.
 Tum Cererem corruptam undis Cerealiaque arma
 expediunt fessi rerum frugesque receptas
 et torrere parant flammis et frangere saxo.
 Aeneas scopulum interea conscendit et omnem 180
 prospectum late pelago petit, Anthea si quem
 iactatum vento videat Phrygiasque biremis
 aut Capyn aut oelsis in puppibus arma Caiici.
 Navem in conspectu nullam, tris litore cervos
 prospicit errantis; hos tota armenta secuntur 185
 a tergo et longum per vallis pascitur agmen.
 Constitit hic arcumque manu celerisque sagittas
 corripuit fidus quae tela gerebat Achates,
 ductoresque ipsos primum, capita alta ferentis

169 ante 168 scripsit M. ordinem rest. M¹ ancora M: anchora γR;
 « anchora morsu hoc nomen cum in Graeco, unde originem ducit, aspi-
 rationem non habeat, in Latino aspiratur » Serv. 170 hunc versum suo loco
 omissionem add. « ma pagina M¹ hoc M¹, hinc h 171 ne | et Nas: 455, 9
 172 Troes potiuntur e arca γ. « queritur habeat nome nomen hoc aspi-
 rationem » Serv. 173 tabentis Baehrens 174 silico γ¹, silicio ω (praeter
 affr), Prie. X, 23 excudit Myw, Gramm., Serv.: excudit M¹Rbr, Tib.,
 excudit rurew M¹ 175 suscepit γw (praeter at); « suscepit pro 'suscepit'
 Serv. adque R 176 pavitque Baehrens 177 turis n cerere in
 cererem corr. M¹ corruptam R, corr. R¹ corralia schol. Var. Aen.
 I, 1 179 parant γ?, corr. γ¹ 181 antea My, corr. M¹γ¹ qua γγ²
 (qua γ¹), Char. 218, 32, Baehrens; « si quera... eone legitur et si qua,
 ut sit ei qua ratione » D.Serv. 182 Phygiasque γ, corr. γ¹, frugiasque R.
 privasque Baehrens 183 capin γ 184 navim γ tres R

185-234 FMγR. — 185 errantes γR sequuntur FR 187 his om.
 F, eps. F¹ 188 que γR, corr. R¹ 189 que om. n ferentes M

cornibus arboreis, sternit, tum volgus et omnem 190
 miscet agens telis nemora inter frondea turbam;
 nec prius absistit, quam septem ingentia victor
 corpora fundat humo et numerum cum navibus aequet;
 hinc portum petit et socios partitur in omnis.
 Vina bonus quae deinde cadis onerarat Aestes 195
 litore Trinacrio dederatque abeuntibus heros,
 dividit et dictis maerentia pectora mulcet:
 « O socii (neque enim ignari sumus ante malorum),
 o passi graviora, dabit deus his quoque finem.
 Vos et Scyllaeam rabiem penitusque sonantis 200
 accessis scopulos, vos et Cyclopa saxa
 experti: revocate animos maestumque timorem
 mittite; forsitan et haec olim meminisse iuvabit.
 Per varios casus, per tot discrimina rerum
 tendimus in Latium, sedes ubi fata quietas 205
 ostendunt: illic fas regna resurgere Troiae.
 Durate et vosmet rebus servate secundis »
 Talia voce refert curisque ingentibus aeger
 spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.
 Illi se praedae accingunt dapibusque futuris: 210

190 tunc e. Nem. 343, 11 vulgus F¹γR omne γγ² (omnem γ¹).
 Nem., Probos 208, 11 192 absistit F. absistet a 193 humo FMγRw.
 Nem. 312, 32, Serv. 466, 7 (cf. Georg. 2, 466, Val. Flacc. 1, 710): humi
 γ¹dfstv, tit. Pomp. 8636, Mynors (cf. Aen. 5, 78; 6, 423; II, 666):
 « humi per humum » Serv. aequat e 195 deinde bonus quae
 vina Baehrens 196 eros γ, corr. γ¹ 198 malorum in malorum
 corr. F¹ 199 in γ, corr. γ¹ 200 scyllaeam Fγ¹R, cylieam γ 201 cy-
 clopi F, cyclopa F¹MγR 203 forsitan R, forsian (forsitan?) schol.
 Bob. Cic. 49, 37 et om. F iuvavit schol. Bob. Cic. 204 post
 varios casus post tot discrimina rerum C.I.L. XIII, 8371 (caec.
 III-IV); cf. Dracont. Romul. 6, 37 207 duratae M, corr. M¹
 ribus F, corr. F¹ 208 curisque γ, corr. γ¹ 209 vultu F¹Mγ¹Rw,
 ps. Aene. Her. e. 1, 37, 25, Serv. Aen. 1, 341, D.Serv. Aen. 4, 477, Tib.:
 vultus Fyaez praemit F, corr. F¹ alto d 210 praes M, duo eps. M¹